



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.I.], 1570

VD16 W 1048

Homilia LVIII. Et conueniunt ad eum pharisæi & quidam ex scribis, qui uenerant Hierosolymis. Et cùm uidissent quosdam ex discipulis eius pollutis manibus (id est illotis) edere panes, questi sunt. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

C A P V T VII.

arripere conuenit. Nam qui id faciunt, Dei consilio aduersantur, qui eiusmodi miraculi in Christi sui cognitionem nos adducere conatur.

Christus promis
scum omnibus
medetur.
Ipsa 49.
2. Cor. 6.
Psal. 139. 143.
Ipsa 64.

Deinde aliud bonitatis & benevolentiae Christi argumentum est, quod promisit omnibus, detur, nec rigidi censoris aut iudicis in alicuius vitam sue mores inquirit. Nam enim placuisse beneplaciti tempus erat (ut propheta ait) non iudicari; & quam hoc nobis necessitate ficeret, ipsa in deo testatur. Nam si in iudicium nobiscum descendat Dominus, & iniquitates nostras obseruantur, quae sustinebimus, quando iustitias quoq[ue] nostras abominabiles esse constat. At non iudicis nobiscum causa de Christus, si dum tempus est ad ipsum conuerteremus, illius opera ex fide imploremus: cuim clementia infinita exempla in scripturis habentur. Similiter vero Christi facilitatem nos imitari datur, ne proflera severitate & rigidiore censura in fratres tunc reuamerim, quando afflictis rebus patitur suorum, quem iudicio contendere, proximi necessitas intereat. Quo imprimitur debet quod Solomon Eccl. 12. 10. de obseruando temporum occasionibus tradidit. Vt enim tempus est occidendi, & tempus medendi: Ita tempus esse cogitemus, quo hominum vita corripiamur, aliovero tempus, quoq[ue] idem misericordia & caritatis officia praeflentur.

Divina Christi,
potentia.

At non minus hic diuina Christi virtus eluceat, que omnium moribus ita subiici meditata, Hanc ita consideremus fratres, ut illum non minus animabimur nostris meditari credamus, quae mortis merito a peccati noxa & eterna damnationis supplicio redemit, & idem ex suo proprio nomine nouas vires indidit, quibus satana tentationibus resistere, sed & Deo puras & impollutas fratres possint. Quorū consideratione ita nos excitari oportet, ut ardentius fatus studio inflammat, ut in Christo queramus, inueniam fide vera amplectamur & constanter teneamus. Ita sit, ut illum rito restituiri, cum eodem eternum vivamus. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & postulatum. Amen.

C A P V T VII.

H O M I L I A L V I I I .

ET conueniunt ad eum pharisei & quidam ex scribis, qui uenerant Hierosolymis. Et cum uidissent quosdam ex discipulis eius pollutis manibus (id est illotis) edere panes, questi sunt. Nam pharisei & omnes Iudei, nisi crebro lauerint manus, non edunt, tenentes traditionem maiorum: & a foro reuersi, nisi lou fuerint, non edunt. Et alia multa sunt, quae acceperunt tenenda, nempe lotiones poculorum, & sextariorum, & eramentorum & lectorum. Deinde interrogant eum pharisei & iudei: Quare discipuli tui non ambulans secundum traditionem seniorum, sed illotis manus edunt panem? Ille uero respondens, dixit eis: Enim uero bene prophetauit Isaías de uobis hypocritis, ut scriptum est: Populus iste labijs me honorat, cor autē eorum procul abest a me. Frustra autem me colunt, docentes doctrinas, mandata hominum. Nam omisso mandato Dei, tenetis traditionem hominum, lotiones sextariorum & poculorum, aliaq[ue] similia eiusmodi facitis multa.

Argumentum
& usus pre-
sentis loci.

VT Deus iam inde ab exordio mundi salutarem verbi sui doctrinam retulit, quatenus in vera salutis ratione instituerentur: Ita communis noster hostis satan omnes seculis illam falsis & erroreis traditionibus corrumpe studuit: nimis ut ea coegerent. Quae causa est, quod fidis verbi Dei preconibus semper cum falsa doctrina & illius ministri contentio fuit, quodq[ue] in scripturis non modo vera doctrina proponitur, verum etiam falsa accedit oppugnatur. Quem morem Christus quoque in presenti obseruat. Postquam enim discipulos pro-

Emangelij sui pracones constituerat, in omnibus ijs plenissime instituit, que ad ipsorum officium pertinebant: modo cum falsis doctoribus congregaretur, & de illorum traditionibus iudicare docet. In quorum confederacione ita nobis veritatem eis, ut ipsi quoque falsam doctrinam & hominum tradiciones oppugnare & fugere discamus.

Premium enim falsi doctores, Christi aduersarij producuntur, quos Marcus commode Apostoli, Christi hostes Hierosolymis scripserunt, qui propriis iustificati fiduciis inflati, fidei iustificationem supra erat, & quoniam sibi vendicabant, cum interim circa humanas tradiciones patitur occuparentur. Omnibus vero illius loci & ordines praestabant, qui Hierosolymis erant, ex quod illae externa religionis sedes esset, & celeberrima totius gentis schola, penes cuius antistites ius erat inquirendi in omnium doctrinam, qui fidem & religionem nouam inuebare videbantur. Unde ad Iohannem regum Hierosolymis sacerdotes & Leuitas ex pharisaeorum ordine missos fuisse legimus, qui in illius doctrinam inquirerent. Et ex eorum numero hic prodeunt, qui Christo item mouent, ut falsas & omnes hominum tradiciones defendant. Hinc vero patet, unde plerique prodeant falsi doctores & gloriam veritatis hostes. Nimirum ex ipso ecclesia, & quidem ex illorum ordine, qui sibi in illa prima videntur. Nec enim alter fieri potest, quando illi posthabent Dei gloria, priuatum communum quartare, & suu honori studere incipiunt, quales hocce fuissent, Christus alibi testatur. Et quod hic illi accedit, hoc ipsum olim propheta experti sunt, quos fuit Hierosolymis causa fuissent, ipse Christus testatur. Et Hierosolymis prima aduersus Christi ecclesiastici persecutionem a sacerdotibus excitata esse, & ponea ex Iudea descendisse qui gentium ecclesias iustificationis legibus doctrina turbarent, nemo ignorat. Idem quoq; postrem temporibus euueneturum esse Paulus predixit, quando Antichristi sedem in templo Dei monstrabat, & ex Episcoporum numero lupos illos graues prodituros ait, qui gregem Domini deuastent. Horum itaq; non meminisse oportet, quando hodie Romanos Pontifices ubiq; locorum suis a latere legatos habere videmus, quorum iniiciois consilijs veritas oppugnatur: nec nos aliuc loci autoritas moneat, quando ex Hierosolymis aduersarij Christi acerrimos prodijisse videmus. Obseruanda sunt hac aduersus eos etiam, quae ecclesiam errare posse negant, & sub huia nomine multa obtrudunt, quae scriptura nullis confirmari possunt. Nam ut hic videmus, non semper vera ecclesia membris multo minus eius veri antistites sunt, quicunque ex ea prodeunt: sed tam de illis quam eorum dogmatibus ex Dei verbo debet iudicium fieri, &c.

Quid vero isti faciunt? Vident Apostolos illotis manibus cibum capere, & de eo conqueruntur. Scribe Apolo-
tos sed quod illud cum more communi pignoscere, qui ex veterum traditionum obfervatione ita in-
adueratur, ut hoc discipulorum factum immane scelus esse ipsiis videatur. Videntur autem discipuli
hoc vel iniusta exemplum Christi (de quo simile quid apud Lucam legitur) vel etiam illius in sua. Luc. 13.
et illi, qui hoc ita fieri voluit, non quod illi sordides placeat, sed quod aduersus illos disperandi occa-
sione caperet. Obseruabis autem hoc loco, circa que ferè versentur humanae traditiones, & in qui-
bus rebus confitatur, quia illis nascitur religio. Deum spiritu & veritate coli velle, Christus docet: in qua-
ntum animus omnes inter se humanae facultates potissimum requiri, & quacunquam inservi ex-
terna fidei exercititia, èo dirigit, ut animi per fidem ipsi facilius & firmius videntur. At quia huius Deo
prosternere, carni duris & grava videatur, interim omnes religiosi & Dei cultores videri volumus, fer-
re, ut hic omisso, vel solis exterius inhaerent homines, vel etiam à Deo traditis non contenti que-
dam ex semperitis inserviantur, illis deinde occupentur, & si illa propter sinecure, omni se officio defunctos
patent. Et hoc in Iudeis videare, qui cum legem à Deo accepti sunt, quae sanctificationem omnem ab
uno Deo per Christum nobis conferri docebant, & eandem circuncisione, sacrificiis & exterius puri-
ficatiis adumbrabant, quibus illi simul officij admonebantur: borut tamen omnium immemores,
externi soli confidabant, ne tamen legalibus purificationibus contenti, nec in eam intenti, quia his
adumbrata in Christo plena & perfecta haberent, simul omisso purificatis & innocentia studio, lo-
cationes exteriores inserviantur, quibus non modò corpora sua, verum etiam omnia generis raya indies
alubebant, quasi ipsa etiam anima illis purificari possent. Nec diuersa ab hac est, hodie eorum reli-
qua, qui diuersis vestimentis generibus, chameleonijs, candelis & cereis, exorcismis, crucibus, aqua luo-

*strali, igni purgatorio, baptismis campanarum, & alijs eius farina nanijs lastrandi sue purificandi
vim tribuere confuerunt: cum interim vita innocentiam, charitatis officia & fidem in Christum,*

qua sola animos nostros purificari Apostoli docent, securi negligant, &c.

*Apostoli patrum
contemptores
esse insimulan-
tur.*

*Porrò videamus, quibus argumentis suam accusationem nostri illi coferunt. Quare (inquit)
tui discipuli non ambulant secundum traditionem seniorum? Seniores & horum statua alegant,
ut Christo iniudicato concilient, ut qui de Senioribus suis patribus communis Iudaorum genitum par-
honorifice sentiat. Solet enim vulgus patrum memoriam & autoritatem magnificare, & interju-
bile scelus putatur, si quis illorum auctoritati aliquid deroget, maxime in ijs, que ad salutem neg-
ritum spectant. Ita enim illorum & fides & salus in dubio vocari video. At qua obiecto in re al-
iorum tradiciones transgressi sunt Apostoli? Cur (aucti) illotis manibus comedunt patrem? Pro-
hoc ne tam gravis scelus est, quod a tanis viris tanto cum conatu accusari mereatur? Atuidetur
sunt, que verbis tragicis hypocrita amplificare & exagere solent. Nam hodie etiam autem pa-
trum religionem euerteri, Dei cultum dispergasse, fidem abnegasse, ab ecclesia & confessione scissi, reu-
stissimos ecclesiæ mores atque ritus sustulisse, & sacrosanctam patrum memoriam patrum honorifici
traduxisse accusamus. At cum causa queruntur, ob quas tam horrenda crimina grauenus, son-
alia obiecti quecum, quam quod Papam ecclisiæ caput esse negamus, quod Matthei sacrificium liba-
rimus, imagines templis eicerimus, praeposteri a votorum religione monachos & moniales liberem-
imus, purgatorium ignem, exequias pro defunctis, Diuinorum intercessiones, passagia, Romane
las, indulgentias & infinita alia ludibrio habeamus, que patres nostri iam annis plus sexcenti in
maximo prelio habuerint. Sed benes habet ô freres, quando non alia nobis exprobari possunt,
quam quae per se nullius momenti sunt, & inani duntaxat patrum nomine palliantur. Potius
excusare Christi exemplum, cui hac ipsa ab hostibus exprobrita sunt. Defendit nos item piorum in-
eratorum auctoritas, apud quos olim pagani suas idolomanias iijdem argumentis tuebantur. In
olim Symmachus aras & idola restituens Valentiniiano, Theodosio & Arcadio dubia.
Sequendi sunt nobis parentes, qui secuti sunt feliciter suos, &c. Sed tenendum est in religione
omnibus seculis duo fuiss patrum genera. Alterum eorum, qui fidei & religione, formata e Do-
ni acceptam ad posteris transmiserunt, quales in veteri testamento Adam, Nos, Abraham, Noe
& huius interpres prophetæ, in novo autem Ioannes Baptista, Apostoli & vii. Apollonius
runt. Alterum verò eorum est, qui posteris temporibus secuti, prater verbum Dei multa boni cu-
dem zelo, sed non secundum scientiam clementi sunt, quæ ritibus à Deo traditis adiecerunt, vnde
cultum Dei extermum illustriorem redderent, vel maiorem animorum devotionem excirent, &
eriam eò sanctiores haberentur, quod pluribus ceremoniis essent occupati. Tales in veteri testame-
to fuere, quorum hic fit mentio: at non solum temporibus plures eiusmodi exerciti sunt, quos in
Concilij publica auctoritate ad nos ritus inuebendos abusi sunt, alijs prius afferimus
gloriantio rudiibus & incauis imposuerūt. At cum nulli hominum in Dei verbum in hi rebus
quid vel adiudicare vel admittre licet, frustra illorum auctoritas allegatur, quorum audacia in hi
pruri iam olim damnata est. Quoties ergo Patres allegantur, ad primos illos recurrentur, & in
ab illis traditam fidei doctrinam firmiter teneamus, nec ab illa nos villo pretextu abducant patrum.
Sed de hoc in sequentibus plura dicentur.*

*Christus scriba
rum accusatio-
nem diluit.
Isaie 29.*

*Ioan. 5.
Humanarum
traditionum
vanitas.*

*Respondet enim hisce Christus gravissime, & hypocritis vocat, non coniuncti studio, sed in-
sorum impietate se negauit, latere, omnes intelligent. Et quia scribe erant, Isaiæ prophetæ
simonium adducit, quo simul ostendit, hanc ipsorum hypocrisim non nouam, sed autam & veteram
tam esse, adeo ut olim prophetæ quoq; cum illa negotiorum fuerit. Admonet autem suo exemplo, pri-
mum hypocritas, traditionum inanum authores suis propugnatores, publice arguidos ejus, qui ci-
uius errore liberentur, qui in illis religionem & salutem confidere putant: Deinde omnes contraria-
rias de religione ex scripturis dirimi debet, quibus Dei voluntas nobis manifestatur, quod quid
Ioannem disserit, cum dicte: Scrutamini scripturas, &c. Quoad verò Isaiæ testimoniū, quid
in illis reprehendar, probè considerandum erit. Primi, Labijs (inquit) honorant me, cor autem pro-
cul abest à me. Fidei professionem externam & hypocriticam intelligit, qua gloriantur, came-*

mai habent à religione alienissimos. Alterum est, quod vniuersa illorum religio hominum traditionibus niteretur. Id vero pulchre suis aduersariis accommodat Christus, & mox evidenti exemplo doceat, maiorem apud illos esse humanarum traditionum, quam praeceptorum diuinorum auctoritatem in sequenti Sermone patet. Hinc vero generalis doctrina peti debet: Vanissimam esse omnem religionem, in qua bac duo habentur, hypocrisij nimium & supersticio humanæ traditionis his suffulta. Primi enim Deum externis non indigere, nec illis coli posse, omnia scriptura testatur. Psal. 50. 51. Idem nec nostro zelo delectatur, nisi quatenus verbi sui regula dirigitur, & externis omnibus obediens. Isaias 66. Auctorum 17. secundum præfert, cuius rei evidens exemplum in Saulo scriptura proponit. Et Iudeos zelum Dei habet. Num. 15. Apostolus facetur, sed eodem salutis iacturam fecisse scribit, dum illo seducti, Dei iustitiam 1. Sam. 13. 25. reperirent suam verò ipsorum iustitiam habili conati sunt. Præterea corporalem exercitationem Rom. 10. 1. 10. parum virilis habere, idem Paulus monet, nisi quatenus fidei regenda & confirmanda seruit, que 1. Timoth. 4. vno Dei verbo inititur; pieratem vero ad omnia viilem esse ait, ut que vita tum praesens tum future promissiones habeat. Quid ergo de monachorum regulis & Papatu roto dicemus, in quo nihil præter exterrit sanctitatis ficta larvas & frigidissimas hominum superficiois & ambitionis traditiones esse videare? Ita certè hac sententia iugulatur, ut frustra nobis parres, Concilia, longi temporis præscriptiones & principum regumque auctoritatem objequant, cum omnia ista coram Deo nullius pretij esse, Christus in praesenti restetur.

At quatas fortassis, quid de magistratum legibus & mandatis indicari debeat, si hominum statuta De magistratus tuum statutas non possunt, & num illis obediens fas sit? Vbi respondemus, questionem hanc non & legibus. id hoc loco moueri, ubi non de politiciis decretriis, sed de fide & religione agitur. Quoad vero politi- r. Poni tu leges, aliae ex Dei verbo de sumpta sunt, & proinde pro humanis constitutionibus haberi non debent. Alio vero ordinis causa feruntur, pro vinciscitur genitio ratione, & circa res temporarias so- nebantur, neq; ullum conscientiam laqueum aut scrupulum inieciunt. Quibus etiam parere 1. Pet. 2. cado dache- cito. C in religione malam. Ia- braham, Mo- Aphrodite, Apollonius, & multa homi- cerunt, vici- exortare, & ter refusa- t, quoniam ap- paretur, & per illi- do, sed illi- ex parte, & in manu- exempli, & do effigie, quod- nes excentri- erit quod ap- imonum, qui- cur autem- entur, cano- pte. Tunc nos obediens oportere, & ita dandum esse Cesari quod Cesaris est, ut que Dei sunt illi inter- regis & inuidata maneant. Sed de his alibi commodius agetur. Discamus modò in religione, non ab hominum auctoritate pendere, sed iuxta Dei verbum illi seruire in spiritu & veritate per Iesum Christum Dominum nostrum; cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

HOMILIA LIX.

Dicebat etiam eis: Sanè bene irritum facitis mandatum Dei, ut traditionem vestram seruetis. Moses enim dixit: Honora patrem tuum & matrem tuā: Et, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Si dixerit quispiam patri aut matri: Corban (id est, dono) quodcunq; ex me erit, iuuaberis. Et non permittitis amplius eum quicquam facere patri suo, aut matri sua, irritum facientes sermonem Dei traditione uestra, quam tradidistis: & similia eiusmodi multa facitis.

Vt homini doctrina & institutione diligent opus est, eo quod per se non percipit ea que sunt Argumentum spiritus Dei: Ita cum primis curandum est, ut doctrina hæc pura & sana sit, nec ullis homi- & iulus pre- nam figuris corruptatur. Nam ut corpora nostra cibis quidem ali & sustentari oportet, iijdem sentis loci. reo cib, si penenari sint, exitium afferunt; Ita falsis hominum traditionibus animas iugulari con- flat, eo quod ille à Deo anocant, & multorum peccatorum causa sunt, ob que illius ira exardefit. late de his multum in scripturis agitur, & Christus Iesus, qui nobis à Deo patre catholicus & irre- fragabilis aeterna veritatis & salutis doctor datus est, in praesenti de his disputationem graniti- mam influisse. Cuius occasionem illi præbuerunt scriba & pharisei, qui discipulos ipsius violata pa- trum traditionis accusarunt, eo quod manibus illorū ad cibum fumendum accesserint. Videlicet illuc